A. 554.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139472-p0002-1

GRAMMATICA TVRCICA

NECESSARIIS REDVCTA
PRÆCIPVAS LINGVÆ
DIFFICVLTATES ILLVSTRANS

AVTORE

JOHANNIS CHRISTIANO
CLODIO
P.P. LINGVÆ ARABICÆ

LIPSIÆ
SVMPTIBVS WOLFFGANGVS
1729

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139472-p0003-7

GRAMMATICA TVRCICA

NECESSARIIS REGVLIS PRÆCIPVAS LINGVÆ DIFFICVLTATES ILLVSTRANS, AC ALIQVOT COLLOQVIIS ET SENTENTIIS TVRCICIS AVCTA, STVDIO

JOHANNIS CHRISTIANI CLODII,
P.P. LINGVÆ ARABICÆ.

LIPSIÆ,
Apud WOLFFGANGVM DEER,
1729.

GRAMMATICA TVRCICA

NIEMEYER
UNIVERS.
ZU HALLE

IOHANNIS CHRISTIANI
CLODII,
P. L. LINGVÆ ARABICÆ.

LIPSIÆ,
Apud WOLFFGANGVM DEER.
1729.

PRÆFATIO.

QUinque fere anni effluxerunt, quod Grammaticam Arabicam meis sumtibus publicavi, ea methodo, quam plurimis eruditis non displicuisse, ex repetita impressione conjicio. Cum igitur ad edendum Lexicon Turcicum animum appellerem, Grammaticam quoque eo ordine ac eadem brevitate conscribendam esse putavi. Nam ea, quam Meninskius, Augusti Imperatoris Leopoldi quondam con-

filiarius & primarius interpretes, una cum Lexico emisit, nec separatim venditur, nec in ulla fere taberna libraria invenitur, & linguæ Arabicæ ac Persicæ regulas simul complectitur. Seamanni quidem & Ryerii Grammaticæ pure Turcicæ sunt, sed præter raritatem, multo etiam ære constant. Megiseri autem fetus deformis plane ac mutilis est, Characteribus Turcicis destitutus, ac fœdis erroribus aut sphalmatibus typographicis scatens. Compendium ex laudati jam Meninski Grammatica omnibus numeris absoluta, Schiefferdeckerus, dedit, sed Grammaticæ Arabicæ annexum, quam ex Golio contraxit, & in nonnullis justo brevius est. Ex ipsa Turcarum gente non desunt, qui lingvam vernaculam in Grammatica præcepta redigere allaborarunt, Magistros secu-

secuti Arabes, qui primi de iis cogitarunt, ac omnes Grammaticæ minutias summo acumine pertractarunt, quorum non nullos in Præfatione Grammaticæ Arabicæ nominavi. Plures enim dantur, quorum successionem, in Codice quodam arabico miscellaneo annotatam, sub Lemmate صنف النحاة *sanf unnuhât*, suo tempore cum eruditis communicabo. Vocatur enim hæc ars ab ipsis نحو *Nahv* vel تصريف *Tesrif* ab inflectendo, ac inde نحوي *Nahvi* Grammaticus, quod in plurali fracto, per نحاة *nuhat* declinatur. Turcæ autem literis tantum retentis, cum ipsis vocalibus alia nomina imposuerunt, tum indolem lingvæ suæ longe difficilioris, ac in verborum maxime inflexione & Syntaxi plane diversæ, non minore diligentia tradiderunt, sed eorum

Grammaticæ tantum in manuscriptis latent, nec ulla, ut ex Arabicis *Giarumia*, *Caphia*, in linguam latinam translata. Ego igitur partim raritate, partim illarum pretio adductus, committere nolui, ut cum dispersas linguæ Turcicæ opes, in Lexico velut Gazophylacio quodam includerim, genuinum illarum usum monstrare negligerem. Quid præ aliis in hoc labore præstiterim, gnari & æqui lectores judicabunt.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD COLLOQVIA.

SCiat benevolus Lector, hæc colloquia a me selecta fuisse ex colloquiis familiaribus, per Jacobum Nagy de Harsani Nob. Hung. Serenissimi Electoris Brandenburgici olim Consiliarium, editis, quæ Vir πολυμαθεστατος Crozius, Bibliothecæ Regiæ Berolinensis præfectus, benevole mecum communicavit. Dignus est libellus, qui ob raritatem suam de novo imprimatur, cum imperii Turcici status, ab autore, ex propria experientia, in eo descriptus fuerit. Nam C. III. de Turcarum militia C. V. de Legatione Constantinopolitana & talis legati requisitis. C. VII. de aula

Turcica ejusque ministris, C. VIII. de religione, & moribus Turcarum agit. Prætuli autem hæc colloquia aliis, turcico charactere exaratis, hanc ob causſam, quia ex his pronuntiatio vulgaris melius addiſci poteſt. Correxi paſſim ſphalmata typographica, notis obſcura illuſtravi, & ipſos characteres Turcicos adjicere volui, ſed in Lexico ipſo vocabula omnia recte expreſſa quærens, ſupplere illos propria induſtria poterit. Auctor lingvæ Turcicæ admodum peritus fuiſſe videtur, ſunt tamen nonnulla in quibus a vero aberrat. Sic p. 286. ait, Kadilesker denotare Kadiorum caput, & compoſitam vocem eſſe ex Kadi, judex, & ſer Perſico, quod caput ſignificat. Sed Lexicon noſtrum evolvens, facile errorem intelliget. Plura alii diſquiſitioni reſervo.

COM-

COMPENDIVM GRAMMATICÆ TVRCICÆ.

CAPVT I.

De Literis & Vocalibus earumque ſono.

§. I.

Literas Turcæ ab Arabibus, ut religionem, acceperunt, quibus tres Perſicas adjecerunt, ſcilicet پ چ ژ, nam ſuperne tribus punctis notatum, in Perſicis vocibus tantum occurrit. Eas autem vario modo ſcribunt, & hinc diverſa ſcripturæ genera apud illos in uſu ſunt, quæ *Niſchi, Taalik, Divani, Kirma, Soſi, Jakuti, Rihani* &c. vocantur. conf. Erpen. Gram. Ar. p. 6. Seam. Gr. Turc. p. 5.

§. II.

Quas ab Arabibus acceperunt, eæ ſunt XXVIII, hinc & ſequente Tabula ſingularum figurâ, earumque diverſitas, in principio, medio, & fine vocis, nomen. ac poteſtas indicanda eſt.

Nomen.		*Potestas.*	*Figura.*		
			In fine connex. inconnex.	In medio connex. inconnex	In principio vocis.
Elif.	الف	A. & E.	ا ا	ا ا	أ
Be	بة	B.	ب ب	بـ بـ	بـ
Te	تة	T.	ت ت	تـ تـ	تـ
Se	ثة	ç Hiſpan. vel S. Ang. G. Gallicum ante E. & I.	ث ث	ثـ ثـ	ثـ
Gim.	جيم		ج ج	جـ جـ	جـ
Hha	حآ	Hh	ح ح	حـ حـ	حـ
Chi.	خي	Ch. *Ital.*	خ خ	خـ خـ	خـ
Dal.	دال	D.	د د	د د	د
Zal.	ذال	Z.	ذ ذ	ذ ذ	ذ
Ri	ري	R.	ر ر	ر ر	ر
Ze	زة	Z.	ز ز	ز ز	ز
Sin.	سين	S.	س س	سـ سـ	سـ
Schin.	شين	Sh. Angl. vel ch. Gall.	ش ش	شـ شـ	شـ
Sfad.	صاد	Ss.	ص ص	صـ صـ	صـ
Zzad.	ضاد	Zz.	ض ض	ضـ ضـ	ضـ
Ti.	طي	T.	ط ط	طـ طـ	طـ
Dzi.	ظي	Dz.	ظ ظ	ظـ ظـ	ظـ

Nomen

Nomen.		Potestas.	Figura. In fine connex. inconnex.	In medio connex. inconnex.	In principio vocis.
Ain.	عين	A. Gutture prolatum.	ع ع	ـعـ ـع	ع
Gain.	غين	G. *Anglicum.*	غ غ	ـغـ ـغ	غ
Fe.	فه	F.	ف ف	ـفـ ـف	ف
Kāf.	قاف	K. Gutturale.	ق ق	ـقـ ـق	ق
Caf.	كف	C. *ante a. o. u. sen* K. *in anteriori oris parte.*	ك ك	ـكـ ـك	ك
Lam.	لام	L.	ل ل	ـلـ ـل	ل
Mim.	ميم	M.	م م	ـمـ ـم	م
Nun.	نون	N.	ن ن	ـنـ ـن	ن
Vav.	واو	V. & O.	و و	ـو ـو	و
He.	هه	H.	ه ه	ـهـ ـه	ه
Lamelif	لام الف	L. & A.	لا لا	لا لا	لا لا
Ye.	يه	Y.	ي ي	ـيـ ـي	ي

Not

Not. 1. Litera ب *be* post iteras ت ث ج ح خ ط ك س ش ص ut p. sonat, & in fine.

2. Lit. ث ut *th* angl. pronuntiatur, lingva tangendo superiores dentes, vulgus a. ut t. pronuntiat.

3. Lit. ج ut g. Italorum per *dsch*, vel gall. ante e & i, pronuntiant multi, & ڃ tribus punctis notatum, ut c. eorundem, ante e & i, per *tsch*, cujus sonum etiam چ induit, ante & post literas sub ب notatas, & in fine.

4. Lit. ح per duplex hh efferenda, ad differentiam του ه *He*, خ a. vehementius sonat, & in principio gutturis ore aperto formatur.

5. Litra ن valet t. ante & post literas sub ب notatas, ac in fine vocis, ن a. ut s lene, à doctis blæse pronunciatur.

6. Literæ ت & ط & ن item ص & س alter natim ponuntur, ut تاسة طاسة *tasa* tædium. طاتيق

طاتمق & دادمق *datmak* guſtare, سچاق & صچاق *ſaciak*, fimbria, ſtillicidium.

7. Litera ز idem valet, quod ذ ſcil. s. lene, ante & poſt literas autem ſub ب notatas, & alias ejusdem ſoni, ut ظ ض ص fortius ſonat.

8. Litera ض vulgo ut d. effertur, arabes docti blæſe, fortius tamen quam ذ pronuntiant, قاضي vulgo *kadi*, رمضان *ramadan*, at doctiores turcæ per *kazi* & *remezan* efferunt. idem de ظ notandum.

9. Litera ع in infima parte gutturis pronuntiatur, eo ſono, quem vim ſibi quandam inferens ad faciendum aliquid, edit, aut vitulus matrem vocans, ut Maggius deſcribit. Turcæ tamen ſvavius hanc & alias gutturales pronuntiant v. Meninskii Præf. Lexic. Turc.

11. Lit. ي vulgo ut e pronuntiatur, ſic dicunt ويرمك *wermek* pro *wirmek*.

§. III.

§. III.

Litera پ tribus punctis subscriptis, ut P. pronunciatur, e. g. in پک *pek*, valde, de چ vide præced. not. 5. ک valet *ki*, simul pronuntiato i svaviuscule, at tria puncta habens imposita, interdum ut gh aut gi, interdum ut n aut ng, sonat, præsertim in fine. Sic vox دوکمک effertur modo ut *donmak*, gelare, at دوگمک *dögmek* ferire, modo ut *dökimek*, effundere, & دکمک *deghmek* tangere, ut *dikimek* plantare, *dinmek* cessare, pronuntiatur. Ita کل *kiel*, est porrigo & گل *giel* veni. In vocibus Persicis idem ک عجمی *ägemi* vocatum Turcis, ut gh vel gi effertur. ژ vero in vocibus Persicis occurrens, fere I Gallici sonum habet.

§. IV.

Si literæ ب پ س ش ص ض ط ف ق &

ک præ-

ك præcesserint verborum infinitivis in مق & مك, litera د *d* præteriti indicativi fortius ac ut ت *T* pronuncianda est. Si vero particula در inserta, quaslibet præcedentium literarum sequatur, tunc ut تور *tur* effertur. Ita & ده *de* vel دن *den* si literis illis subjiciatur, fortius sonat. Hinc in scriptis correctioribus د illud per *Teśdid*, notatur.

§. V.

Vocales حركتلر *hereketler* i. e. motiones dictæ, ut apud Arabes, tres tantum sunt nempe ـَ *e*, *a*, nonnunquam *a*, ـِ *i*, ـُ *o*, *ö*, *ü*, *u*, turcice اوستون استره اوترو, *Ustún*, *Esterè*, *Otrù*.

§. VI.

Notæ diacriticæ sunt *Medda*, ~ *ḡiezma*, ˘ *Teśdid* ˘ *Hamze*, ˘ *Wesla* ˘ à solis Arabibus usurpatur, in articulo ال quem Turcæ negligunt. Medda literæ Eliph sonum protendit, *giezm* li-

teræ

teræ quiescenti imponitur, *Teśdid* literam duplicat, & *Hæmze* præter usum Arabicum, duobus substantivis in regimine concurrentibus, more Persico usurpatur v. Syntax.

§. VII.

Accentus in ultima frequenter est يلدز *jildiż* stella, ايشتدم *iśittum̀* audivi, بدقم vidi *bakdum̀*, سودكدن صكره *sewdukteǹ śungra* قولاقدن *kolakteǹ* ab aure, طرفدن *tarafteǹ*, à latere ايتدي *ejittì* dixit, مرحمتده *merhamettè*, in misericordia, شرابده *śarábde*, ob Eliph, longum in penultima est.

CAPVT II.
De Nominibus.

§. I.

NOminum declinatio duplex est, nempe consonante terminatorum, & in vocalem exeuntium, sive in quiescentibus ا و ي sive ه otioso lateat.

§. II.

§. II.

Singularis per omnes casus formatur & pluralis, & sic ab Arabica lingua discedit quæ tres tantum casus in utroque numero habet. Paradigma primæ declinationis tale est:

Singularis.

Nom.	ادم	*Adem*, homo.
Gen.	ڭ	— *Ademün*, hominis.
Dat.	ه	— *Ademeh*, homini.
Acc.	ي	— *Ademi*, hominem,
Voc.	يا	— *ja* vel *i Adem*, ô homo.
Abl.	دن	— *Adem den*, ab homine.

Pluralis.

Nom.	ادملر	*ademler*, homines.
Gen.	—	*Ademlerün*, hominum.
Dat.	—	*Ademlereh*, hominibus.
Acc.	—	*Ademleri*, homines.
Voc.	—	*ja Ademler*, ô homines.
Abl.	—	*Ademler den*, ab hominibus.

§. III.

Nomina terminata, in ق vel ك in flexione vocali immediate sequente, mutant prius in غ & posterius in گ ut ex قلپق *kalpak* pileus fit in Genit. قلپغك *kalpaghïn* in Dat. قلپغه *kalpaghe*, à كوپك *kiöpeki* canis, in Genitiv. كوپكك *kiöpegjün*. &c.

§. IV.

Secundæ Declinationis paradigma à primo in hoc differt, quod Genitivus adjecto نك *nïn* formatur, Dat. addito يه *je*. Accus. per يي *ji*, ut قپو *kapu* janua, Gen. قپونك Dat. قپويه Acc. قپويي & in reliquis cum prima concordat. Terminata in ه otiosum, in accusativo solum ي adsumunt, quod & in ي terminata faciunt. Plerumque tamen ejus loco adscribitur ء *hamza* cum *kesre* ut مفتي *Mufti*, Accus. مفتيء *Muftii*. Vox صو *su* aqva, in genit. *sujün* habet.

§. V.

§. V.

Nomina possessiva & gentilia formantur adjecto لو *lü* vel لي *li*, ut حلبلو *Haleblü* Alepensis, جانلو *ğianlü* animatus, conf. Lex. in voce præditus. Nomina actoris ab Officio vel arte denominati, fiunt adjectione particulæ جي ut à قپو fit, قپوجي *kapuğī* janitor, aut participii ايديجي *idiğī*, faciens, ويرديجي *dans*, aut alius v. C. V. §. 2.

§. VI.

Multa nomina adjectiva formantur, infinitivi terminatione mutata in قون *kun*, كون *kiün* غون *ghun*, قو *ko*, ut ex قاچمق fugere, fit قاچقون *kaćkun* fugitivus, & شيشمق tumescere, fit شيشقو *śiśko* tumidus, aut ut participia pass. in مش *miś* terminantur.

§. VII.

De Adjectivis, quæ latina lingva in *bilis*

exeunt, & habilitatem quandam indicant, notandum, quod vel per جك aut جق abjecta terminatione infinitivi, vel per annexum لو *lü*, vel per tertiam personam præsentis, passivi, vel per قابل recipiens, adjectum substantivo suo formentur, in affirmativis, vel superaddito دكل *degül* in negativis, v. Lexic.

§. VIII.

Adjectiva Negativa quæ Græci per α. εςρητικον, Latini per im & in præpositum exprimunt, Turcæ per سز *syz* postpositum, vel Persicum نا *na* & بي *bi*, vel Arabicum لا *la* & غير *ghæir* præpositum, aut tertiam verbi negativi præsentis personam, مز *mez*, formant, ut a قورقو *korku* timor, fit قورقوسز *korkusyz* intrepidus, & accedente novo in fine incremento, per لق *lyk*, *korkusyzlyk* intrepiditas, نادان *nadan*, & بي دانش *bi daniś* inscius, لا يفهم *la jüfhem* & غير

غیر مفهم *ghœir müfhem* inintelligibilis, کورنمز *giörünmez* invisibilis, سوزنده طورمز *sözinde durmez*, verbis non stans, اولماز *olmaz* impossibilis, اولماز *ölmez* immortalis, c. Lexicon.

IX.

Abstracta tum a substantivis, tum adjectivis formantur, adjecta particula لک vel لق, ut ex ایک *Beg* dominus, fit بکلک *beglik*, dominium, ab ایو *eju* bonus, fit ایولک *ejulik*, bonitas. Item ab infinitivis plerumque in مش *iś*, ut اورمق *urmak* percutere, اورش *uriś* percussio vel in ش, ut ab ایشلمک *iślemek*, facere, fit ایشلمه *iśleme* factura die Machung. Verba quæ in penultima syllaba ت habent, mutant in د, ut à سکرتمک *segirtmek* currere, est سکدرش *segirdiś* cursus. Aut relicta terminatione integra infinitivi, لق vel لک adjicitur, ut بلمکلک *bilmeklyk* scientia, vel ult. litera in ش mutatæ, aut abjectæ, *lyk* additur. ut اشتملک *iśitmelyk* auditio.

§. X.

Singularis eſt in hac lingva diminutivorum formatio, quæ fit adjectis particulis, جوق چوق جق & جك جق *ǧiuk*, *ǧyk*, it. جغز & جكز *ǧiughes*, *ǧiugies*, ut قوش *kuś* avis, eſt قوشجق & قوشجغز *kuśǧiuk* & *kuśǧiughes* avicula, & ſic in reliquis. Adjectivis in fine جه vel چه adjiciunt, ut اولوجه *uluǧe* quodammodo magnus, in coloribus latinorum *ſub* præpoſitum, per فام *fam* in fine adjectum, exprimitur, ut سيه فام *ſije fam* ſubniger aut per لقا *lyka*. c. Lexicon.

§. XI

Ita, & gradus comparationis, adjectis quibusdam particulis fiunt, ut comparativus per رك *rek* poſtpoſitum, vel رق *rak*, ſi præcedat a o u, (vulgus præponit دخي & pronuntiat *daha* pro *dachy*) aut per دن *den*, præ, ut pers. از *ez* & Arab. من *min*, particulas. Superlativus præ-

præpoſito آك *an*, قپ *kyp* پك *pek*, اپ *ap*. دب *dib*. | طوپ *top*. طوز *toz*, چيك *čin*, قب *kab*. دوز *büz*, accommodante ſe ad primam literam adjectivi, quod ſequitur, ut *bom boś* plane vacuus. diminutivè per جك reddunt, ut آندن بيوجك *anden bujuğek*, paulo major eo Ita ex *güzel* pulcher, fit كوزلرك *güſelrek*, pulchrior | پك كوزل *pek güzel* pulcherrimus, niſi quod vox ايو *bonus* non ايورك *ejurek*, ſed *jekrek*, vel يك *jek* in comparativo habeet. Etiam قتي *kæti*, & غايت *ghajet* præcedens, ſuperlativum facit.

CAPVT III.

De pronominibus.

§. 1.

PRonomina vel ſeparata ſunt [vel inſeparabilia ſive affixa. Separata ſunt primo.

I.

Personalia.

Singularis.

Nom.	بن	*ben* ego.
Gen.	م —	*benüm* mei.
Dat.	بکا	*ban - a* mihi.
Acc.	ي —	*beni* me.
Voc.	caret.	
Abl.	دن —	*ben den* a me.

Pluralis.

Nom.	بز	*biz* nos.
Gen.	م —	*bizüm* noſtrûm.
Dat.	ه —	*bizeh* nobis.
Acc.	ي —	*bizi* nos.
Voc.	caret.	
Abl.	دن —	*bizden* a nobis.

Sin-

Singularis.

Nom. سن *sen* Tu.

Gen. كنڭ — *senün* tui.

Dat. سكا *san - a* tibi.

Acc. ي — *seni* te.

Abl. دن — *senden* a te.

Pluralis.

Nom. سز *siz* vos.

Gen. كنڭ — *sizün* veſtrum.

Dat. ه — *sizeh* vobis.

Acc. ي — *sizi* vos.

Abl. دن — *sizden* a Vobis.

II.

Demonſtrativa.

Singularis.

Nom. بو *bu* شو *şu* اشبو *işbu* hic.

Gen. ڭكى — *bunün* — hujus.

Dat. كا — *buna* — huic.

Acc. ني — *buni* — hunc.

Abl. ندن — *bundan* — ab hoc.

Pluralis eſt *bunler* & *buler* ſic in reliquis,

Singularis.

Nom. اول *ol* او *o* ille.

Gen. اونكى انكى *onün, anün* illius.

Dat. D. اوكا آكا *ana, ona* illi.

Acc. اني *ani oni* illum.

Abl. آندن *andan ondan* ab illo.

Pluralis eſt آنلر *anler* vulgo *anlar*.

III.

Relativum & Interrogativum

Relativum Perſonæ & rei per كم *ki* exprimitur. Quod in reliquis caſibus per اول ſuppletur, velut in Gen. cujus, dicitur كم آنكى *ki anün* qui ejus, ut apud Hebræos & Arabes. Perſonale a. tantum eſt كيم *kim*, quod ut nomen declinatur, & قنغي indeclinabile de rebus proprie uſurpatur ut قنغي كتابلر

كتابلر quinam libri? قنغي ديارلى *kanghi diarlü* cujas? cujus regionis? In Neutro *ne* نه quid? pl. نلر *neler* quæ? interrogat, & in genitivo habet نه‌نك *nenün*, in Dat. نه‌يه *neje*, attamen & in maſculino dicunt بو آدم نه دير *bu adem ne dür* quis eſt hic homo? نه اولسه گرك *nolſe gierek* pro نه اولسه quid erit. quid fiet? نه ايلر *ne eiler* pro نه ايلر *neiler* quid agit?

IV.

Poſſeſſiva ſeparata.

Hæc per genitivos perſonalium exprimuntur ut بنوم meus, سنك tuus, آنك *anün* ſuus vel ejus, بزوم *bizüm* noſter, سزك veſter, آنلرك eorum, & ſemper ſubſtantivis præponuntur. Cum v. abſolute ponuntur, كي additur iis, ut *benümki* meus, *ſenünki* tuus, & declinantur more nominum ſecundæ declinationis ut *benumkinün* mei, *benümkije* meo.

V. Pos-

etiam hic. ق et ك vocali immediatè sequente mutantur in غ et ڭ. e.gr. ويردوكي كبي sicut quod dederat ille, Wirdugi اولدوغي oldugi

V.

Possessiva affixa.

Singular.

1. م post vocal. *m.* post cons. وم *um*, meus.

2. ك — *n* — *ün* tuus.

3. سي ي *si* — *i*, ejus, ante terminat ablativi Nun inserto, ut اغاسندن *agasinden* à domino ejus, it. ante præposit. ده ut قتنده *katinde* apud eum.

Plural.

1. مز — *müz* — *ümüz* noster,

2. ڭز — *nüz* — *ünüz* vester

3. سي vel لري *si, leri* — ejus, eorum. Affixum plurale nomini affigitur, si plures sint possessores, cum a nomen rei possessæ est in plur. tunc post terminat. plur. particulæ possessivæ h. m. affiguntur, بنم بابالرم *benüm babalerüm* patres mei, *babalerümün* in Genit. &c.

CAPVT.

CAPVT. IV.

De Verbis auxiliaribus.

In verbis Turcæ plura tempora formant quam Arabes aut Hebræi, quæ componuntur ex verbo auxiliari, ſum, quod duplex eſt, defectivum ac integrum, & hanc ob cauſam utrumque verbis reliquis præmittere neceſſe eſt.

Paradigma verbi auxiliaris primi defectivi.

Præſens.

Sing. 1. ايم *im. em.* ſum, 2. سين *ſen, ſin,* es, 3. در *dür* eſt. Plur. 1. ايز *iz* ſumus 2. سز eſtis, 3. درلر *dürler* ſunt.

Primæ perſonæ annectuntur ſæpius ut بنم *benem* & *benim* ego ſum, بزز *biziz* nos ſumus.

Imperfectum & Perfectum.

Sing. 1. ايدم *idüm* eram, fui, 2. ايدك *idün* eras, 3. ايدي

3. ي *idi* Pl. 1. ك *idük* 2. ڭز *idünüz*, 3. يلر *idiler*. Imperf. II. 1. ايمشم *imišim*. 2. سين *imišsin* 3. دم *imišdur. imiš*. Pl. 1. مز *imišiz* 2. سز *imišsiz*, 3. لر *imišler*. Subjunctiv. Præsens, ايسم *isem* sim 2. ك *isen* 3. & *ise*, Pl. ك *isek*, 2. كز *insengüz*, 3. لر & *iseler*. Imperf. ايمش ايسم *imiš isem*, essem, & sic porro. Imperf. II. ايدم ايسه *ise idüm*, & sic porro. Infinit. deest. Gerund. ايكن *iken* existendo, essendo italicè, anglicè beeing. scribitur quoque يكن sine Eliph, & كن sine *Jod*, Præterit. particip. ايدوك *iduk*, huic verbo peculiare est, significans, quod eram, eras, erat, seu me, te, eum esse &c. ut غريب ايدوكم بلدي *gharib idukum bildi*, novit me esse peregrinum. ايجك *igiak*, quum sim, sis sit, يسر *iser*, futuri componit, servit. In negatione دكل *degül* v. *deil* præponitur, ut *degul im* non sum. &c.

Para-

Paradigma verb auxil. ſecundi integri affirmativi & negativi.

Hoc verbum اولمق *olmak* eſſe regulare eſt, & conjugatur, ut verba quæ in *mak* deſinunt. Et in quibusdam verborum regularium temporibus formandis uſurpatur.

Præſ. اولورم *olürem* ſum, 2. *olürsen*, (*) *olür*, pl. *olüriz*, 2. *olürſiz*, 3. *olürler*. Imperf. I. eram, اولوردم *olür idüm*. II. *olür imiſim*. Perfect. fui, اولدم *oldüm*. (**) II. *olmiſim* III. *olür oldüm*. Plusquamperf. fueram *olmiſ idüm*, II. *olmiſ imiſim*, III. *olmiſ oldüm*. IV. *oldi idüm*. Fut. ero, اولايم *olaim*, *oleim*, II. *oliſerim*, III, *olagiaghim*, (***)

(*) *Tertia perſona* اولور *olur ſignificat eſt, poteſt eſſe vel fieri, erit, ſic,* كتمك اولورمي *gitmek olurmi, poteſtne iri. add.* اولماز *olmaz, ineptam & nullius fundamenti rem notat,* اولماز *a. ſimpliciter impoſſibile, quod fieri non poteſt, notat.*

(**) *Conjugatur ut Imperf. idum præc. verbi,*

(***) *Conjugantur ut Præſens im, præced. verbi.*

IV. *ol-*

IV. *olſem gierek.* Imperat. eſto اولسن *olſen*, vel اولغل *olgil*, *olſun*, ſit, *olalum* ſimus, *olünſiz olünüz* eſtote, *olsünler* ſunto. Optat اولام (*) *olam*, & اولم *olem*, utinam ſim, Præſ. & Imperf. اولسم *olſem* utinam eſſem, vel اولسام *olſam*. Imperf. اولايدم *olaidüm* (**) utinam eſſem. Plusquamp. اولمش اولايدم *olmiſ olaidüm*, utinam fuiſſem. Futur. اولام *olam*, utinam fuero. Subjunct. اولام *olam*, ſi ſim, Præſ. & Imperfect. اولسم *olſem*, ſi ſim vel eſſem, aut اولور ايسم *olur iſem*, aut اولايدم *olaidüm*, Perfect. اولدم ايسه *oldüm iſe*, ſi fuerim. Plusquamperf. اولسه ايدم *olſe idum*, ſi fuiſſem. II. اولمش اولسم *olmiſ olſem*, III. اولمش اولايدم *olmiſ olaidüm*, Fut. ſi fuero, اولاجق اولرسم *olagiak olurſem.*

(*) *olaſm*, *ola*, *olauz*, *olaſiz*, *olaler*, *ita ut Fut. præced. formatur. co. verb. regul. in omnibus.*

(**) *Conjug. ut imperf. verbi præced. idüm.*

Infini-

Infinitivus اولمق *olmak*, esse, Particip. اولان *olan*, existens, qui est, erat, fuit, اولدق *olduk*, quod ego, fui, fuisti, fuit, Futurum. اولاجق *olagiak*, اولیسر *olifer*, اولمالی *olmalu*, futurus. Gerundia اولور ایکن *olur ikien*, existendo, اولوب *olub*, اولورق *olurak*.

Formæ reliquæ hujus verbi sunt, اولمغین *olmaghin*, quia sum, es, eram, اولمدین *olmadin* priusquam fui, vel اولمازدن اوّل *olmaz den ewwel*, اولیجق *oligiak*, quando fui, es, اولنجه *olinge* donec sum, eram fui. اولدن بری *olelden beru*, ab eo tempore quo fui, اولدقده *oldukde* quando eram, اولدوقچه *oldukce* quoties fui, اولدوقدن صکره *oldukden sonra* postquam fui, omnes n. personas notant hæ formæ &c.

Negativum اولمیق, vel اولمامق *olmamak* non esse, ut regularia alia negativa, formatur. Præs. اولمم *olmem, olmam*, & *olmezem*, non sum. Imp. اولمز ایدم *olmez idim* non eram. Imp. II.

olmez imišim. Perf. اولمدم *olmadum* non fui, II. اولمامشم *olmamišim.* III. اولمماز اولدم *olmaz oldüm.* Plusquamperf. non fueram, اولمامش ايدم *olmamiš idüm*, & *imišim*, *olmamiš oldüm. olmiš olmadum.* fut. non ero اولمايم *olmaim*, & *olmaiserim*, *olmajağiakim*, & *olmezsem gierek.* Imperat. *olmasen*, non esto, Opt. utinam non sim, اولميام *olimam.* Imperf. non essem اولميمز ايدم *olimez idüm.* Perf. utinam non fuerim, اولميامدم *olimadum*, Plusqu. utinam non fuissem, اولميامش ايدم *olimamiš idum.* Fut. اولميمايم *olimaim* utinam non fuero. Subjunct. اولميام *olmaiam*, si non sim. Præs. & Imperf. اولمزسم *olmezsem* si non sim, vel essem, aut اولمز ايسم *olmez isem*, Imperf. اولميايدوم *olmajaidüm*, si non essem Perfect. اولمدم ايسه *olmadum ise*, si non fuerim. Plusquamperf. اولمزسه *olmezse idüm*, si non fuissem. Fut. اولمياجق *olmajağiak olursem*, si non fuero. Infinit. اولمبق *olmamak*, Particip. اولميان *olmajan*, non

non exiſtens, اولمدوق *olmaduk*, quod non ſim, ſis, ſit &c. اولمشش *olmamiſ* qui non fuit. Fut. اولمياجق *olmajagiak* non futurus. Gerund. اولمزايكن *olmezikien* non exiſtendo, اولميوب *olmaiub* اولمايورق *olmajurak*, non exiſtendo. Reliquæ formæ in negativis, inſerto م formantur ut in affirmativis.

Habent etiam Turcæ verbum ſubſtantivum اولنمق *olünmak*, quod in compoſitione cum vocibus Arabicis activæ ſignificationis ad verba paſſiva formanda uſurpant. Hujus primam perſonam in Verbi affirmativi & negativi, ſingulis temporibus, proponere ſufficit.

Affirmativum.

Præſens, اولنورم *olünurem*. Imperf. اولنوم ايدوم *olünur idum*, vel ايمشيم *imiſim*. Perf. اولندوم *olündum*. Plusquamperf. اولنمشش ايدوم *olünmiſ idum* vel ايمشيم *imiſim*. Fut.

اولنايم *olünaim*, vel اولناجغيم *olünagïaghim*, vel اولنيسريم *olüniserim*, vel اولنسم كرك *olünsem gierek*. Subjunct. Præs. اولنام *olunam*, Imperf. اولنرسم *olunursem*, vel الناياديوم *olünâidum*. Perf. اولندم ايسه *olundum ise*. Plusquamperf. اولنسه ايدوم *olünse idum*, vel اولنمش اولايدم *olunmiş olaidum*. Fut. اولنام *olunam*, vel اولنجاق اولرسم *olunagïack olürsem*.

Infinitivus اولنمق *olunmak*. Particip. Præs. اولنان *olunan* اولنيجي *olunigï*. Præterit. اولندوق *olündük*, اولنمش *olunmiş*. Futur. اولناجق *olunagïack*, اولنيسر *oluniser*, Gerund. اولنورايكن *olunur ikiein* اولنون *olunub*.

Formæ aliæ sunt ab hoc verbo derivatæ, اولنمغين *olunmaghin*, اولندقده *olundukte*, اولنديجك *olundukgë* اولنيجق *olunigïack* اولندغمجه *olundughumgë* &c. &c.

Negativorum temporum forma inserto م eadem est cum affirmativis.

CA-

CAPVT V.

De Conjugatione Verborum regularium.

§. I.

COnjugatio duplex eſt, licet parum inter ſe differens, & prima infinitivum in مك *meki*, ſecunda in مق *mak* exeuntem habet. Temporum formatio ex infinitivo fit, cujus terminatione abjecta, e. g. præſens Indicativi exit in رم *erem* vel ورم *urem*, vel رن *rin* vel رين *erin*, & ſic in aliis, ut ex paradigmate patebit. Magis autem notanda verborum illa formatio, quæ derivativa vocant, per literas quasdam inſertas, & infixas, quales Coptæ quoque habent. ſ. Ægyptii, quorum lingua ex meris præfixis, infixis & ſuffixis conſtat. Ita *cooperativum* ſ. mutuam actionem notans, fit inſerto ش, ut ex سومك *sewmek*, سوشمك *sewiśmek* amare ſe invicem, سويلمك *ſoilemek*, lo-

qui, *ſoileśmek* colloqui. *Reci pro cum*, inſerto, ن سونمك *ſewinmek* amare ſeipſum, *Tranſitivum*, inſerto در *dür* vel ſimplici ر aut ور aut ت rarius, ut قاچرمق *kaćiürmak* fugare, شاشرمق *śaſürmak* ~~facere confundi~~ obstupefacere, a شاشمق *śaśmak* ~~confundere~~ obstupescere, قينمق *kainamak*, fervere, *kainatmak* fervefacere, سودرمك *ſewdürmek* facere amare, & سوشدرمك *ſeviśdürmek*, facere ut ſe mutuo ament, & dupliciter tranſitivum, *sewdürdürmek*, impellere alium, ut faciat amari, vel *sewdürtmek*. *Negativum*, inſerto م سومك *sewmemek* non amare, & impoſſibilitatem notans, poſito ante مك *memeki* ه quod e breviſsimum valet, سوهمك *sewememeki*, non poſſe amare, سونهمك *sewinememek*, non poſſe amare ſeipſum. Paſſivum, quod inſerto ل fit ex activo, easdem formas ſubit, niſi quod pro ل illo ن interſeratur, quod in pronunciatione eam adſumit vocalem, quæ præcedentis eſt ſyllabæ,

ſi ter

si terminationem infinitivi præcedat litera ل aut ا و ي, ut بلمك *bilmek* scire, Pass. بلنمك *bilinmek* sciri, بولمق *bulmak* invenire Pass. بولنمق *bulunmak* inveniri, قپامق *kapamak* claudere قپانمق *kapanmak*, claudi يومق *jumak*, lavare يونلمق *junilmak* lavari, اوقومق *okumak* legere, Pass. *okunmak*, بزمك *bezemek* ornare. Pass. بزنمك *bezenmek*, ديمك *dimek* dicere, Pass. دينمك *dinmek*, كيمك *gieimek* vestire, Pass. كينمك *gieinmek* vestiri, at vero ex يمك *jemek* edere, fit ينلمك *jenilmek* edi, ex صايمق *saimak*, numerare صايلمق *sajilmak* numerari. Et si ت præcesserit, mutatur in د ut ايشتمك *isitmek* audire ايشدلمك *isidilmek*, audiri.

§. II.

Verbum est vel simplex vel compositum, illud sequens conjugatio exhibet. Hoc vel ex duobus verbis turcicis, ut كورمك ويرمك

giöri wirmek providere, ايتيوبرمك *itilwirmek* protrudere, ايده بلمك *ide bilmek* facere scire, الیقومق *alikomak*, retinere, قويووبرمك *kojuwirmek* dimittere, vel ex vocibus Arabicis & Persicis, cum verbis quibusdam origine Turcicis componitur, inter quæ extantiora ac usitatiora sunt, اتمك *etmek* facere, vel ايلمك *eilemek* item قلمق *kylmak*, طوتمق *tutmak* tenere, چكمك *čekmek* trahere, ويرمك *wirmek* dare, بيورمق *bujurmak* بولمق *bulmak*, invenire, الماك *almak* accipere, كورمك *giörmek* videre, ويرمك *wirmek* dare, بيورمق præcipere, quod ex Lexico patet, vel vocabulis arabicis simpliciter terminatio لمك *lemek* adjicitur, & لمق *lamak* ut ex eodem apparet. Si vero ex duobus Infinitivus origine Turcicis componitur, prior, terminatur in ي, بولي ويرمك *buli wirmek* procurare, ut supra. Passiva ex verbis substantivis اولمق & اولنمق cum

vo-

vocibus Arabicis activæ significationis, vel passivis participiis & activis, non raro componuntur, ut قتل اولنمق occidi تبديل اولنمق mutari subſtantive præmisso, q. d. occisionem, mutationem fieri, inde قتل اولندي occisus est. Talia innumera dantur, quæ ex Arabica Persicave lingua in Lexico supplenda sunt.

Paradigma Conjugationis primæ

سومك *ſewmekj* amare.

Indicativus.

Sing.

سورم *ſewerem* amo.

سين — *ſewersin* amas.

ر — *ſewer* amat.

Plur.

ورز — *ſewerüz* amamus.

سورسز — *ſewersyz* amatis.

لر لر در — *ſewerler, ſewerlerdür* amant.

Formatur hoc tempus ab Infinitivis, mutata

ejus terminatione in ارم رم *vel* ارم *erem, vel erim*, item in رن *rin*, ارن *vel* ەرن & رين *vel* ەرين *erin*, in quibusdam ورم *urem*. In reliquis perſonis, formas primi defectivi ſubſtantivi ſequitur, ut in prima perſona, nempe 1. ايم يم vel 2. ين سن, سين 3. در. Pl. 1. يز, وز, ز, 2. سز, سيز 3. سڭز درلر paulum immutatas. Ubi ſimul notandum quod verba ت habentia ante infinit. formam mutent illud in د ut ex ايتمك *etmek* fit ايدرم *iderem* facio, paucis exceptis, ubi manet.

Imperfectum primum.

Sing.

سورايدم *sewer idüm*, amabam &c.

Hoc tempus à tertia ſingul. præſ. formatur, quæ invariata per omnes perſonas imperfecto verbi ſubſtantivi additur, & pro eo dicitur quoque *ſewerdum*, *ſewerdün*, &c. ac in plurali *ſewerlerdi*, pro *ſewer idyler*.

Im-

Imperf. II.

سوم ایدیشم *sewer idiśem*, amabam &c.

Eodem modo quo præcedens formatur ab imperf. verbi auxiliaris.

Perfectum I.

Sing. سودم *sewdüm* amavi.

سودك *sewdün* amaviſti

سودي *sewdi.* amavit.

Plur. سودك *sewdük.* amavimus

سودكز *ſewdünüz.* amaviſtis

سوديلر *sewdiler.* amaverunt.

Perf. II.

Sing. سومشم *sewmiśim.*

سومشسين *ſewmiśſin,*

سومشدر *sewmiśdür.*

Plur. سومشوز *sewmiśüz.*

سومشسز *sewmiśſiz.*

سومشلردر *sewmiślerdür.*

For-

Formantur hæc duo tempora a præcedentibus imperfectis verbi auxiliaris at contractis, & non integris, uti patet.

Perf. III. *a. quod aliquando imperfectum est, formatur adjectione primi præteriti verbi auxiliaris* اولمق *olmak, nempe* سوم اولدم *ſewer oldüm.*

Plusquamperf. I.

Sing. سوميش ايدم *sewmiſ idüm* vel contracte *sewmisdum* amaveram, &c.

Formatur a præterito participii & imperf. I. *verbi auxiliaris.*

Plusquamperf. II. *fit a ſewmiſ prædicto & præterito imperfecto ſecundo verbi ſubſtantivi defectivi* ايمشدم *imiſim.*

Plusquamperf. III. *formatur a præcedente sewmiſ & primo præterito perfecto verbi ſubſtantivi olmak i. e. sevvmiſ oldüm.*

Plusquamperf. IV. *Formatur a præterito perfecto*

fecto Indicativi سودوم *ſevvdüm & tertia perſona imperfecti* I. *verbi Subſtantivi* ايدي *idi.*

Futurum I.

Sing. سوه‌يم سويم *seveim*, amabo.

سوه‌سين سوسين *ſeweſin*, amabis.

سوه *ſevve*, amabit.

Plur. سوه‌وز سووز *seweüz* &

سوه‌لوم *sewelum*, amabimus.

سوه‌سيز سوسيز *sewesiz*, amabitis.

سوه‌لر سولر *seweler*, amabunt.

Fut. II.

سويسريم *sewiserim. &c.*

Formatur ab infin. verb. mutando ult. ſyllabam mek vel mak in يسر *iser futuro verbi ſubſtantivi defectivi, juncto præſenti ejusdem, quod interdum eliso* ي *ſcribitur sewserim.*

Fut.

Fut. III.

Formatur à partic. futuri سوجك vel سوجك *sewegïeck* & præſenti verbi auxiliaris defectivi, ut سوجكيم *sewegïekim*, *sewegïeck-sin sewegïekdür*, Pl. *sewegïeküs*, *sewegïeksiz*, *sewegïeklerdür*.

Fut. IV.

Fit ex præſenti ſubjunctivi سوسم *sewsem* addito كرك *giereck*, ut *sewsem giereck sewsen gierek*, *sewſegierek* Pl. *sewsek gierek*, *sewsenüz gierek*, *sewselergierek*. ac neceſſitatem quandam infert.

Imperativus.

Sing. سو *sew* ama.

سون — *sewsun* amet.

Plur. سولم *sewelüm* amemus.

سوك vel سوكز *sewün-üz* amate.

سوسونلر *sewsünler* ament.

Dici-

Dicitur quoque سوسن *sewsen*, & سوكل *sewkil, addito in fine* كل *gil vel* قل *kil*, & غل *ghil ă verbis in* مق *mak*. Cujus 2. Perſ. imperativi terminatur ſ otioſo, in prima pl. ante terminationem, ي inſervitur, & aliquando ſ abjicitur, ut سويله *soile*, loquere fit يەلم--*soilejelum*, loquamur.

Optativus.

Præſens & Futurum.

Sing. سوم *sewem* utinam amem, &c.
سوسين *sewesin.*
سوه *sewe.*

Plur. سوەلم *seweliz.*
سوەسز *sewesyz.*
سوەلر *seweler.*

Imperfectum.

سوسم *sewsem*, ايدم سوه *sewe idüm* ama-
rem

rem &c. componitur è 3. præs. præced. & Imperf. verbi ſubſtantivi defectivi.

Perfectum.

Sing. سومش اولام *sewmiš olam*, amaverim &c.

Fit e præterito participii & futuro optativi verbi ſubſtantivi integri.

Pluſquamperfectum.

سومش اولايدم *sewmiš olaidim &c.* amaviſſem.

Formatur à præterito jam dicto & Imperf. optativi verbi ſubſtant. integri.

Futurum.

سوم *sewem*, amavero.

His temporibus additur optandi particula بولايكي *bulaiki*, utinam, & كاشكي *kiaški*, & iis paulum differt à ſubjunctivo,

Sub-

Subjunctivus.

Præſ. I. سوم *ſevvem*, præced. اكر *egier*, & amem, & conjugatur ut *isem* verb. Subſt.

II. سوسم, *egier ſevvſem*.

III. سوور ايسم *ſevver iſem*, vel سوورسم *ſevverſem* pro سوور ايسم *ſever iſem*, ſi amem, amabo, amavero &c.

IV. سور اولسم *ſever olſem*.

Formatur tertium a. 3. Sing. præſ. Indicat. & præſenti optat. verbi ſubſtant. integri, contracto, in 3. Plur. eſt &سورلرسه *ſeverlerſe*, pro *ſeverler iſe* ſi ament, aut amaverint, & quartum à tert. Sing. Præſ. indicat. & ſecundo tempore Præſ. ſubjunctivi verbi auxiliaris regularis اولسم *olſem*.

Imperfectum.

سوه ايدم *ſevve idüm*. ſi amarem &c.

Fit. è tertia *Sing. Præſ.* ſubjunct. & Imperf. I. verbi ſubſtant defectivi.

Perfectum. I.

سودم ایسه *sevdüm ise* ſi amaverim &c.

Fit. à præterito Perf. indicativi سودوم *sevdüm* & 3. Perſ. Imperf. ſubjunct. verbi auxiliaris defectivi.

Perfectum. II.

Fit ex participio præterito سوميش *sevmiş* & اولام *olam*, præſ. ſubjunct. verbi ſubſtant. *olmak*, ſed rarius uſurpatur.

Pluſquamperfectum. I.

سوسه ایدم *sevse idum.* ſi amaviſſem.

Formatur a tertia Perſ. præſ. ſubjunctivi & a præterito Imperf. indicativi verbi ſubſtant. defectivi ایدم *idüm.*

Datur etiam formatio præteriti perfecti سوميش ایسم *sevmiş isem* & *plusquamperf.* سوميش اولسیدم *sevmiş olsaidüm.*

Futu-

Futurum. I

Idem est cum Fut. I. præsenti.

Futurum. II.

سوه‌جك اولرسم *sevveğieck olürsem* si amavero.

Fit ex participio Fut. Temporis & Imperf. subjunct. verbi اولمق

Infinitivus.

Nomen actionis est, & flectitur ad modum Paradigm. declinat. secundæ.

In regimine aut quam prov. possess. affixam necessariè adjungitur, [illegible] mutatur in [illegible] vel [illegible] vid p. 57.

سومك *sevvmek*. Præt. سومش اولمق *sevvmiś olmak*, esse vel fieri eum qui amavit.

Fut. سوجك *sevveğeck* sq. *olmak* amaturum esse.

Infinitivo adjiciuntur variæ formæ ut, كين *kin*, notans quia, quoniam, جه *ce*, quotiescunque مدن *medin*, notans antequam, ينجه دنجه *inğe*, donec,

etiam لدن برو لدن برى elden beri inde ex quo, دوكدن dukden songra postquam, quando, vel ايجك igek. cum, postquam, quando

Forma infinitivorum.

سومكين sevvmekin quoniam, amo, amas amat, & in plurali significatione quoque notat, quoniam amamus, amavimus, per omnes personas præsentis & præteritorum &c. sic in sequentibus reliquis.

سومدين sevvmedin, antequam amo &c.

سوينجه sevvinge, donec amavi &c. vel add. دك dek & دكين dekin.

سودوكجه sevvdukge, quoties amavi &c.

سودوكدن صكره sevdukten sonra, vel سوديجك sevvigek quando, postquam amavi &c. per omnes pers. præteritorum.

سولدن برى sevvelden beri vel sine beri, inde ex quo, amavi, amaverunt, aut سوملى sevvelü, vel سولي sevveli.

اوّل

سومزدن اوّل *ſevvmezden evvvvel* priusquam amavi, amavimus, amarunt. &c.

سودوكجه *ſevvdukiumge*, quoties amo &c.

سودوكده *ſevvdukte*, quando amavi &c.

سودوكلين *ſevvduklein*, vel سودوكي كبي *ſevvduki gibi* ſimul ac amavi &c.

Participia.

Præſ. سون *sevven*, amans. & سوُر *sevver* it سوجي *sevvigi*.

Præſ. سوميش qui amavi, amaſti, amaveram &c. 2. سودك *sevvduk*, quem, quam, quod, quos, quas, quæ amavi.

Cui terminatio pronom. perſonalis additur, ut 1. Perſ. Sing. *sevvdukiim*, 2. *sedukiin*, 3. *sevvduki*, Pl. 1. *sevvdukiimiz*, 2. *sevvdukiinuz*, 3. *sevvdukleri*, quem quos, quæ amavi, amaviſti, amavit, amavimus, amaviſtis, amarunt.

Fut. 1. يسر vel سر *iser*, *seviser* amaturus 2. جك *sevvegieck*, amaturus, amandus, amabilis.

3. سوملو *sevvmelü* idem significans.

Gerundia.

Gerundium in *di* redditur per infinitivum sine mutatione ejusdem 2. per genitivum aut dativum Infinitivi 3. per Futurum participii. Gerundium in *do* per particip. seu tert. Pers. præs. Indic. & Gerund. verbi substant. ايكن ut *sevver ikien* amando, vel contracte *sewerkien*. soepe per وب *ub* vel وبن *uben*, per præpos. له *ile* & ده *de*, per adjectionem syllabæ ركى *rek*. ut سوب *sevvub*, سومكله *sewmek ile* سوركى *sewerek*, vel رق *rak*, & ejus repetitio augmentum rei notat. v. infra. Syntax Gerund.

§. III.

Prima conjugatione probe perspecta, nihil fere difficultatis in secunda supereſt, quam ob causſam cujusvis temporis primam tantum personam, adjicere sufficiet. Sed hoc in lectione

simul

simul, observare decet, ut, quod in prima conjugatione per e legendum, in secunda per a efferatur, & in primis personis præteritorum, ق loco ك ponatur. e. g. دوغدوق doghdüm, nati sumus a verb. دوغمق nasci.

Paradigma Conjugat. Secundæ.

بقمق *bakmak* aspicere.

Præsens بقرم *bakarüm* adspicio.

Imperf. بقردم *bakardüm* adspiciebam.

Imperf. II. بقرايدشيم *bakar imisem*,

Perf. I. بقدوم *bakdum* adspexi.

Perf. II. بقمشيم *bakmyśim*.

Plusquamperf. بقمش ايدوم *bakmyś idüm* adspexeram.

Imperat. بق *bak* adspice, بقسون *baksun* adspiciat.

Optativus, بقام *bakam* utinam adspiciam.

Imperf. بقايدم *bakaidüm* adspicerem.

Perf. بقمش اولام *bakmyś olam* adspexerim.

Plusquamperf. بقمش اولايدم *bakmyś olaidüm* adſpexiſſem.

Subjunctivus. Præſens & futurum بقرسم *bakarſam* ſi adſpiciam, adſpexero.

Præſ. & Imperf. بقسم *baksam* adſpiciam, adſpicerem.

Imperf. & Plusquamperf. بقسيدم *bakſaidum* adſpicerem, adſpexiſſem.

Perf. بقمش ايسم *bakmyś iſem*, adſpexerim.

Plusquamperf. بقمش اولسيدم *bakmyś olſaidüm*, ſi adſpexiſſem.

Futur. بقمش اولورسم *bakmiś olurſem*, ſi adſpexero.

Infinit. بقمق *bakmak* adſpicere.

Eſt nomen actionis, & inflectitur ad modum Paradigmatis declinat. II. ubi ق mutatur in غ, ut اوتورمق *oturmak*, ſedere & ſeſſio, Gen. اوتورمغك *uturmaghün*, in Accuſat. اوتورمغي *oturmaghi*, vel ماسي *maſi*, ut ab infinit. مك,

مه *me* vel مسي *meſi*, cum in regimine concurrit, aut ſignificationem tertiæ perſonæ poſſeſſivi obtinet.

Infinitivi formæ aliæ, ut in præcedenti verbo, dantur.

conf. p. 51. FD.

بقمغين *bakmaghin* mutato ق in غ.

بقمدين *bakmedin.*

بقدوغمجه *bakdughümgē.*

بقدقدن صكره *bakdukten ſonra.*

بقدوقجه *bakdukče.*

بقيجق *bakigiak.*

بقنجه *bakingē.* &c, &c.

Conf. formas infinitivorum verbi activi اولمق affirmat. & negat. & paſſivi اولنمق affirmativas & negativas, nam ſecundum illas, hæ quoque in ſingulis formantur.

Præt. Infinit. بقمش اولمق *bakmyš olmak* aſpexiſſe.

Fut. بقيجق اولمق *bakmagiack olmak* aſpecturum eſſe.

Particip. بقر بقان بقاجي *bakar* & *bakan*, *bakiği* aſpiciens, ſpectator.

بقمش بقدوق *bakmyś* & *bakduk* qui aſpexit, quem, quos, quæ adſpexit, adſpexiſti, adſpexit, adſpeximus, adſpexiſtis, adſpexerunt, ubi ق mutatur in غ ut *bakdughum*, *bakdughün*, *bakdughi*, *bagdughümüz*, *bagdughünüz*, *bakdukleri*.

Fut. بقيسر بقاجق بقملو *bakiſer*, *bakağiak*, *bakmalu*, adſpecturus, adſpiciendus.

Verbum negativum I. Conjug.

Imitatur in ſingulis, affirmativum, ut

Præſ. سومزم *ſevvmezem* & سومم *ſevvmem* سومزسين *ſevvmezſin* سومز *ſevvmez*, non amo. Plural. سومزوز *ſevvmezüz*, سومزسز *ſevvmezſiz*, سومزلر *ſevvmezler*.

Imperfectum I. سومز ايدم *ſevvmez idüm* contracte *ſevvmezdüm*, non amabam.

Imperfectum II. سومز ايمشم *ſevvmez imiśem*.

Perf-

Perf. I. سومدم — *ſevvmedüm* non amavi.

Perf. II. سومشدم — *ſevvmemiſem.*

Perf. III. سومز اولدم *ſevvmez oldüm.*

Plusquamperf. سومشدم *ſevvmemiſdüm*, vel *ſevvmiſ degül idum*, vel *ſevvmemiſch imiſem*, vel *ſevvmiſ degül imiſem*, vel *sevvmemiſ oldüm*, vel *sevvmiſ olmadum.* non amaveram

Futur. سومیم *sevvmeim*, vel *sevvmeiſerim*, vel *sevvmejeğieckim*, vel *sevvmezsem giereck*, non amabo.

Imperat. سوم *sevvme*, noli amare, non ama, *sevvmesün* non amet, *sevvmejelüm* non amemus.

Optat. سومم *sevvemem* utinam non amem.

Imperf. سومز ایدم *sevvemez idüm* utinam non amarem.

Perf. سومدوم *ſevvemedum* utinam non amaverim.

Plus-

Plusquamperf. ايدوم سوومەمىش *sevvememiś idum* utinam non amaviſſem.

Fut. سوومەيم *sevvemeim* utinam non amavero.

Subjunct. Præſ. & Fut. سوومەيم *sevvmejem*, سوومزسم *ſevvmezſem* ſi non amem.

Imperf. & Plusquamperf. ايدوم سوومەجە *sevvmeje idüm* & *sevvmez isem* ſi non amarem.

Perf. ايسەم سوومدم *sevvmedüm ise* ſi non amaverim.

Plusquamperf. ايدم سوومزسە *sevvmezse idüm* ſi non amaſſem.

Fut. سوومەجكى اولرسم *sevvmejeğiek ſolürsem* ſi non amavero.

Infinit. سوومەمك *sevvmemek* non amare. Infinitivi aliæ formæ negativæ, ut affirmativæ, facile formantur.

Particip. & Gerundia سوومەجن *sevvmejen* non amans, شوومەمش *sevvmemiś* qui non amavit, سوومەجكى *ſevvmejegiek* non amaturus, شوومزايكن

سوميزايكن *sevvmezikien*, non amando, vel *sevvmejub*, vel *sevvmejerek*, *sevvmemekin* quia non amo, &c.

Ita & in secunda Conjugat. Præs. بقمم *bakmam* non video.

Imperf. بقمزدوم *bakmasdüm* non videbam.

Perf. بقمدوم *bakmadüm* non vidi.

Imperat. بقمه *bakma* ne vide &c.

Conjugatio pasiva.

Eodem modo conjugatur quo activa, inserto ل *il* vel ن *in* v. supra ut Præs. سولورم *sevvilürem*, amor.

Imperf. سولورايدم *sevvilur idüm* amabar.

Perf. سولدوم *sevvildüm* amatus eram.

Plusquamperf. سولمش ايدم *sevilmiś idum*, amabar.

Fut. سولهيم *seuileim* amabor.

Imperat. سولسن *sevvilsen* amare.

Sub-

